



Universitätsbibliothek Paderborn

**Disputationes|| ROBERTI BELLAR-||MINI E SOCIETATE
IESV,|| DE CONTROVERSIIS CHRISTIANAE|| FIDEI,
ADVERSVS HVIVS TEM-||poris Hæreticos,||**

Tribus Tomis comprehensæ.||

DE CHRISTO CAPITE|| TOTIVS ECCLESIAE,|| QVINQVE LIBRIS|| explicata.||

Bellarmino, Roberto Francesco Romolo <Heiliger>

Ingolstadii, [1599]

VD16 B 1607

XVI. [Diluitur argumentum Decimvm.]

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53845](https://nbn-resolving.de/urn/resolver.pl?urn=urn:nbn:de:hbz:466:1-53845)

At, inquies, S. Thomas i. part. q. 40. artic. 3. dicit ab aliis relationibus, non remanere in Deo hypostases, et subsistentia nullo modo est de ratione essentia. Respondeo, B. Thomam velle dicere non remanere hypostases distinctas, nam subdit statim, hypostasis enim significatur quid distinctum.

C A P V T XVI.

DE C I M V M - argumentum. Relatio, ut distinguitur ab essentia, distinguit personas. sed relatio, ut distinguitur ab essentia, non est in re, sed solam in mente; relatio enim supra essentiam non adit rem, sed rationem tantum, alias esset in Deo aliquod ab essentia realiter distinctum; ergo persona non distinguatur, sed ratione tantum.

Præterea vel tota realitas, quæ est in Patre, est etiam in Filio, vel non est; si est, ergo non distinguuntur ite, Pater & Filius; si non est, ergo aliqua res est in Patre, quæ non est in Filio; & cum res, vnum, verum, & bonum conuertantur, phœnix, unitas, veritas, & bonitas erit in Patre, & non in Filio.

R E S P O N D E O, respectum, quem superaddit ad essentia relatio, distingueret personas, sed eum respectum non esse distinctum in mente, sed etiam in re, & ut est in re, distinguat personæ distinguuntur realiter, etiam si ceteri omnis operatio intellectus. Q U A R E ad propositionem respondeo, non distinguiri personas relationibus, quatenus distinguuntur relationes ab essentia quomodo cunque, sed quatenus relationes reales, siue ut sunt idem re cum essentia, & ratione distinguuntur.

Ad confirmationem dico, totam realitatem absoluam, quæ est in Patre, esse etiam in Filio, & in Spiritu sancto, non totam realitatē relatiuam; verè enim sunt tria entia, sed relativa, Pater, & Filius, & Spiritus sanctus.

Ad probationem cum dicitur, ens, verum, & bonum conuertuntur, &c. Respondeo, ista tria entia, esse etiam unitaria, & tria bona, si accipientur hæc nomina adiectiva, non est, sunt tria habentia veritatem, & bonitatem, non inserviant, sunt, in illis tres veritates, aut bonitates, sed una.

est, quia relatio non dicit perfectionem quatenus est ad aliud, sed quatenus est aliquid ad aliud. In Deo autem illud aliud relationis, identificatur cum essentia, & proinde relatio in Deo dicit aliam perfectionem, quam ipsam essentiam, quae est una.

Et hinc est, quod cum dicimus in Deo esse tria entia, aut tres res, aut tres subsistentias, aut tres personas, semper addimus, vel subintelligimus relatiuas, & nunquam multiplicamus, aut numeramus absoluta, quia sola relatio est eius naturae, ut veram afferat distinctionem sine multiplicatione perfectionum, quia ratione sui, Ad, habet oppositionem, & proinde distinctionem; & tamen ratione ipsius, Ad, non dicit perfectionem: quatenus vero perfectionem dicit, cum essentia identificatur. Vide Anselmum lib. de incarnat. cap. 3. ubi dicit Patrem & Filium posse dici duas res, modo per res, relationes, non substantiae intelligentur, & Concilium TOLLEANVM XI. cap. 1. ubi legimus in relationibus numerum cerni, in diuinitatis vero substantia, quid enumeratum sit, non inueniri. Vbi enim verus numerus admittitur, ibi necessariò plura entia admittuntur.

C A P V T XVII.

NDECIMVM argumentum. Intelligentiae & voluntatis actiones, immanentes sunt, ac proinde steriles, ut Philosophus docet lib. 9. Metaphysic. textu 16. non igitur aliquid producunt. At si Filius, & Spiritus sanctus non producuntur per intellectum, & voluntatem, nullo modo producuntur. non enim facilè explicari potest, quo alio modo producantur; & cur duæ tantum personæ producantur, & cur una Verbum, altera Amor dici soleat.

RESPONDEO, actiones immanentes, ac proinde intelligentiae, & voluntatis actus, quos intellectionem & dilectionem appellare possumus, nihil producere, quod maneat post actionem; aliquid tamen producere intimum ipsi actioni, & quod nomine ipso actionis appellari potest. Siquidem duobus modis actionis vocabulum accipitur: uno modo pro nuda, & sola actione, quæ pertinet propriè ad prædicamentum